



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensio Regie || assert[i]o[n]is co[n]tra Ba||bylonicam
captiuitate[m]**

Fisher, John

Coloniae, 1525

VD16 F 1226

Capvt Tertivm. De co[mun]icatione plaebis, ecclesiae co[n]suetudine[m]
obseruari debere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30480

Contra captiuitatem Baby. Cap. III

Hebr. 13.

Epylogus,
primo.

Secundo.

Tercio
Quarto.

damētū sūdāmētōꝝ appellat, sicut & eūdē sc̄m̄ sc̄tōꝝ ac pa-
storem pastorū alibi uocatū affirmat. Haftenus dilucidū opi-
nor euasit, Lutherū nec de Satana triumphasse, neq; illius om-
nia dogmata promanasse de caelo, quin potius eū & diabolici-
cam habere sapientiā. Subinde monstrauius & in pluribus
sibi ipsi contrarium esse, nec solū in his de quibus (ut conten-
dit) scripturæ nihil agunt, uerum etiā in alijs de quibus eēdem
apertissime loquunt. Tertio liquet, q; Lutheri mordacitas nul-
lis fucis, nullisue rationibus excusabilis est. Postremo, q; apud
orthodoxos, quibus tamen id ipsum Lutherus impingit, nul-
la repugnantia est, nomenclaturam petræ tam Petro q̄ Chri-
sto fuisse communem.

De cōmunicatiōe plæbis, ecclesie cōsuetudinē
obseruari debere. Caput. III.

.I.

Intētio autho-
ris.



Vnc ad ipsa capita reꝝ, de qbus præcipua cōtro-
uersia est, calamū dirigam⁹. Quæ sane plima sūt
De qbus & agem⁹ singulatim. Iā igit̄ tertio loco
de cōicacōne sub utraq; sp̄e differem⁹. Principio
tñ refellenda sunt ea de qbus in gn̄e se Lutherus
disputaturū promisit.

Rex Angliæ
nititur aucto-
ritatib⁹ firmis

Nam hic Lutherus primū opponit Regi, q; nulla auctoritate
scripturæ, neq; ratione quauis urgenti, probat ea quæ dicit, sed
usum tātum allegat & consuetudinem, & Thomisticam, ut ait
disputandi formam imitatur, nempe, mihi sic uidetur. Ego sic
sentio, sic credo, oportet sic esse. Quasi diuus Thomas nullis
solidioribus argumentis fuisset innixus, quod est mendacium
apud cunctos euidentissimum. Sed mendacijs ita Lutherus af-

Nō pudet Lu-
ther⁹ mentiri.

sueuit, ut mentiri se nihil omnino pudeat. An non & hoc quo-
q; mendacium apertissimum est, q; Rex nullam urgentem at-
tulerit rationem? Id qd plane falsissimū esse mox ostēdemus.

Consuetudo
bōa p̄lege ha-
betur.

Cæterum illa oppositio Lutheri nihil est. Nam ubi scripturæ
defuerint ad ostendendam aliquam ueritatem, magni semper,
apud omnes maiores nostros, momenti fuit usus & consuetu-
do. Neq; semper scripturas attulerūt Apostoli, quibus proba-
rent sua, quod tamen alibi, sed falso, Lutherus affirmat. Liqueat

Ap̄li non oīa
scripturis pro-
babant.

em̄ ex Actis apostolicis, eos tantum dixisse. Ita spiritui sancto
uisum est & nobis. Et hoc illis persuasum fuit a spiritu sancto

Acto. 15

profectum esse, quicquid ab illis unanimiter esset approbatum
Sed & Paulus, quum de uelandis mulieribus Corinthios doce
at, nullis eam rem scripturis probat, sed ratione simul & cōsue
tudine. Nos, inquit, eiusmodi consuetudinem non habemus,
nec ecclesiae dei. Sed & multas, nō est dubium, a spiritu sancto

I. Cor. 11

consuetudines intrōductas in ecclesiam fuisse citra quam scrip
turae nobis traditae fuerunt, de quibus in scripturis nulla fit
mentio. Sed & per apostolos, ex ipsis scripturis apertum est,
multa fuisse tradita, de quibus nihil in scripturis explicatur.
Quamobrem & manifestum est, ubi scripturae desunt, illic
rationem aut consuetudinem attulisse sufficiet. Neq; rationes
Lutheri, quas tamen in contrarium plures adducit, tanti sunt
roboris, ut uim consuetudinis eneruent, quod mox aperte
docebimus.

Deficiēte scri
ptura recurrit
ad consuetu
dinem.

Verum istud interea considerandum est, quod inter consuetu
dines plurimum interest. Nam quaedam bonae sunt & sanctae.

Cōsuetudinū
discrimen.

Quaedam contra malae praeque. Sed inter has nihil difficile est
cuius internoscere discrimē. Si praua sit, iam credibile est eam
a maligno spiritu fuisse intrōductam. Sin contra, sancta, saluta
risque fuerit, & generatim ab omnibus approbata Christianis,
hanc ego nihil ambigo, quin a spiritu sancto fuisset inspirata.

Consuetudo
bona pro les
ge seruat.

Neque talem consuetudinem quisquam, nisi qui pertinax suae
positionis defensor fuerit, audebit inficiari, quin ualidam esse,
& a Christianis omnibus obseruandam. At eiusmodi satis di
lucidum est hanc ecclesiae consuetudinem esse, de qua iam lo
quimur, nempe, qua laici sub sola panis specie cōmunicantur.
Hac utiq; consuetudo, tot probis cōditionibus & rationi tam
consentaneis aedita est, ut nemo, qui non omnino fuerit impro
bus, eam quouis modo censebit abrogandam.

¶ Decem enim eiusmodi cōditiones habet, quarum prima est,
q̄ eius primeua intrōductio, tam ex parte cleri, q̄ plæbis omni
careat omni corruptionis suspitione. Neq; enim suspicari quis
quam potest, aliquam sinistram intentionem, uel in clero, uel
in populo fuisse, cuius gratia, uel clerus alteram sacramenti

II

partē laicis auferre moliret, uel ipsi laici non prorsus facto re-
clamarent, quū certū sit nihil inde questus aut lucri tēporarij
uel his, uel illis obuēnisse penitus.

III
Pericula sub
specie uini cō
municandi
sunt diuersa.

Primum

Secundum

Tertium

Quartum

Quintum

Sextum.

¶ Secunda cōditio est, q̄ manifesta periculorū & magnitu-
do, & multitudo tam clerū q̄ populū ad istā cōsuetudinē pau-
latim induxit. Fuit eīm periculum in ministracione, ne sanguis
uidelicet effunderet, quod & s̄pius accidit, pr̄sertim quum
ingens multitudo fuisset cōmunicanda. Periculū item in con-
seruatione, ne uini species i acetū uerteret, quū perochi tene-
rentur eā ob egrotos semper habere paratā. Periculū etiā quū
ad morituros apportaret, siue quis eques aut pedes eū ferret.
Periculū quoq̄ sumpturis, maxime his qui nauseam (ut nōnul-
li solent) ex gustato uino facile paterent. Periculū ob inopiā
uini, cuius in plerisq̄ christianitatis partibus magna penuria
est, ne si cui defuisset uini species, is minime crederet, se totū
Christū accepisse. Periculū demū infidelitatis, ne uidelicet nō
sub utraq̄ specie totus crederet Chrūs, si nunq̄ non utraq̄ spe-
cies cunctis christianis exhiberet. Ecce quantus & quot peri-
culorum antea metus erat, quæ iam per istam consuetudinem
prorsus euitantur.

III

Nō repugnat
legi diuine cō
municatio
sub una sp̄e
Matth. 26

Lucæ. 22

Solis ap̄st̄is d̄i-
ctū est, Bibite
ex hoc omnes

¶ Tertia consuetudinis huius conditio est, q̄ nulli totius le-
gis pr̄cepto repugnat. Lutherus eīm ipse nullū habet scrip-
turæ pr̄ceptū, quod pr̄texat, pr̄ter hoc unū, Bibite ex eo
omnes. At hoc nihil obstat. Nā solis duodecim tū locutus est
Christus. Neq̄ eīm alijs tū loquebat, q̄ ijs, quibus ante porre-
xerat poculum, dicens. Accipite hoc, & diuidite inter uos. Et
hi duodecim erant, ut plane scribit Lucas. Accubuit (inquit)
& duodecim apostolicū eo. Neq̄ eīm si plures q̄ duodecim
fuissent, unū poculū tot conuiuis suffecisset. Quare tā rationi,
q̄ scripturæ consentaneū est, q̄ solis apostolis illud dictū fue-
rat, nempe, Bibite ex eo omnes. Male ergo scripturā hoc loco
deprauat Lutherus, qui contendit istud omnibus christianis
fuisse dictū, quod solis dictū fuerat apostolis. Neq̄ aliā pro
hac re scripturā afferre poterit, seu rationē quamuis, nisi quā
aduersarijs opprobriari solet, nempe, sic oportet, ita necesse est.
Non potest aliter fieri. Renunciauit eīm sexto capiti Iohānis

quod & plane fateſ nihil Bohœmis ſuffragari poſſe. Et ſane gratiſſimū orthodoxis iſtud ſpectaculū eſſe poteſt, uidere mu-
tuas horū hæreticorū pugnas inter ſe, quū unus dicat ſcriptu-
ras hunc ſenſum habere, alius contendit habere contrarium.
Sed nos rem noſtrā proſequamur. Clarū ex his eſt, quantum
ad noſtrā diſputationē ſpectat, hanc ſacræ cōmunionis cōſue-
tudinē ſub altera ſpecie, nulli ſcripturarū p̄cepto repugnare.

¶ Quarta cōſuetudinis huius conditio eſt, q̄ ei, nouæ legi
exēpla plurimū faueant. Fauet em̄ huic quod poſtremo Lu-
cæ ſcriptū eſt, de duobus illis diſcipulis, cū quibus dñs Ieſus in
trauit in caſtellū Emaus. Et factū eſt (inquit) dū accūberet cū
eis, accepit panē, & benedixit ac fregit & porrigebat illis, &
aperti ſunt oculi eorū, & agnouerunt eū. Et ipſe euauit a cō-
ſpectu eorū. Ecce hic habes, q̄ ad eſum huius benedicti panis
quē pro more ſcripturarū, panē uocamus, protinus eorū ocu-
li fuerunt aperti. Quo nimirū iudicio Chryſoſtomus, Theo-
philus, Auguſtinus, colligunt idiſm fuiſſe uerū corpus Chri-
ſti. Sed & ex uerbis ipſis patet, quū & ſimili prorsus modo ſit
uſus in ſui corporis cōſecratione. Accepit (inquit) panem &
benedixit ac fregit & porrigebat illis. Cæterū ex eo q̄ oculis
eorū eueſtigio ſe ſubtraxerit ſatis perſpicuū eſt, ſolā hāc ſacra-
menti partē eos accepiffe, hoc eſt ſub ſpecie panis, non itē ſub
uini ſpecie.

¶ Quinta conſuetudinis huius conditio eſt, q̄ ei ueteris le-
gis figura probe quadrat. Nā quod ſub ea lege liquidū offere-
batur, quod & libamen uocabant, haudquāq; a laicis, ſed a ſo-
lis ſacerdotibus recipiebatur. Obuenerat em̄ id in partē ſacer-
dotū, quē admodū & nunc ea ſacramenti pars quæ liquida eſt
ſolis eſt reſeruata ſacerdotibus, nō item laicis exhibita.

Sexta cōſuetudinis huius conditio eſt, q̄ neminē ullo prorsus
afficit diſpendio. Nā quantū ſub ſpecie panis continet, tantū
dem eſt & ſub uini ſpecie. Corpus em̄ & ſanguis, & animus,
& deitas Chriſti ſub utraq; ſpecie pleniffime cōprehendūtur.
Quocirca non minus ille ſumit qui ſub altera ſpecie cōmuni-
cat, q̄ qui ſub utraq; quantū ad Chriſtū attinet. Neq; em̄ ſpe-
cies quicq; adijciunt uirtutis, quū ſigna tantū ſint, nec operent

V

Lucæ. 24.

VI

Leuit. 6. 9. 14
& i alijs locis.Tm̄ una ſpes
cie cōtinet q̄
tū ſub utraq;.

f

VII. quicquam in humanum animum.
 ¶ Septima conditio est, q̄ nulla p̄ceptorū ui, sed cōsensu q̄
 Cōi consensu dā tacito, tā poplī, q̄ cleri sensim irrepsit dicta cōsuetudo. Nā
 introducta est uists tot piculis, q̄ toties pridē acciderūt p̄ ecclesias oīm chri
 cōsuetudo cō stianorū, ea res, quasi tacitis oīm suffragiis recepta fuit, priusq̄
 municandi ullo cōciliorū decreto legimus eā fuisse firmatā. Istud, quoniā
 euidenter patet in cōpluribus diuersorū authorū libris, longe
 ante conciliū Constantiense aut Basiliense conscriptis & ædi
 tis, nulla penitus indiget probatione.

Cōsuetudocō Octaua conditio quæ neq; minimi ponderis est. Apud eū po
 municandi a pulū hæc consuetudo nata est, quæ spiritu sancto regitur. Ne
 sp̄s sancto est. m̄ini enim dubiū est, ecclesiā spiritu sancto regi, nisi quis for
 Iohā. 14. te Christi non crediderit euangelio. Nam in eo promissus est
 Iohā. 16. spiritus ipse sanctus, sp̄s in quā ueritatis, ut in ecclesia mane
 at in perpetuū, & ut eam doceat, & ducat in omnē ueritatem,
 annuncietq; quod Christi est, & quod audierit a Christo, ac
 demū ut suggerat omnia, quæcūq; Chr̄s pridē dixisset apl̄s
S. i ggerere qd Hæc aptissime Iohānes ex ore Chr̄i. 14. & 16. tradit. At qd
 lic. est aliud suggerere, q̄ insinuare siue subministrare mēti quic
 quid est ueritatis christianæ. Certū est ergo q̄ spiritus ipse san
 ctus, quē & spiritū ueritatis Chr̄s appellat, in ecclesia perpe
 tuo maneat, Ecclesiā instruens, & ecclesiā ducens in omnē ue
 ritatē, eiq; annuncians, & suggerens, ac subministrans, & de
 mum insinuans quicquid est Christi simul & illustrās ea, quæ
 pridem obscure Christus protulisset.

Nona cōditio quæ & plurimū cōducit, nimirū, q̄ ea consue
 tudo talē rem cōcernit, ex qua nō minima pendet salus anima
 rū. Nam corporis & sanguinis Christi cōmunicatio ualde per
 tinet & spectat ad salutē animarū, quod Lutherus negare nō
 potest, quū asserat huius rei fide, remissionē peccatorū, simul
 & cœlestem hæreditatem conquiri.

VIII ¶ Decima conditio, q̄ uidelicet per totius ecclesiæ proce
 Consuetudo res, & p̄ cōcilia duo generalia fuit prorsus approbata. Quoti
 cōicādi ab ec es enim uero de scripturis, quis orit̄ cōtrouersia, quēadmodū
 clesia appba p̄ hæreticos notissimū est sæpenūero cōtigisse, oportet aliquē
 ta est. uel aliquos hic in terris haberi iudices, quorū interpretationi

stabit, alioqui nunq̄ eius cōtrouersia dirimēdæ spes ulla fue-
 rit. Nā cōtendet hæreticus hāc scripturā hūc sensum habere.
 Orthodoxus cōtra, negabit. Quādo igit̄ erit cōtendēdi finis,
 nisi iudices quidā huiusce rei constituantur. Et horum item iu-
 diciū, nisi spiritu sancto regi credat, hæreticus facillime sub-
 terfugiet. Quāobrē omnino credendum est Christū in eius-
 modi fluctuationis periculo, nō deserturū ecclesiam suā, pro
 qua sanguinē fundere non est dedignatus. Quis ergo dubita-
 re potest, quū ex omni totius chrīanæ ditionis loco p̄s con-
 gregati fuerint ad sp̄m Ch̄i cōsulendū, qd sup ea lite facturi
 sint, quin aderit Chr̄s & sp̄s eius? Et maxime quando sic af-
 futurū ante promiserit dicens, Vbicunq; duo uel tres cōgre-
 gati fuerint in nomine meo, illic sum in medio eorū. Et rur-
 sum, Ecce ego uobiscū sum omnibus diebus usq; ad cōsum-
 mationē sæculi. Quando igitur nequeunt omnes Christiani
 simul in unū aliquem conuenire locū, & patres semper existi-
 mati sunt ceu potior totius christianitatis pars, par est, ut quic-
 quid illi in spiritu sancto cōgregati decreuerint, id ab omnib⁹
 christianis uerū esse credatur. Cuius rei plurima sunt in actis
 apostolicis exempla. Nam ad ea cōcilia, de quibus ibi tradit̄,
 non omnes accersebantur christiani, sed apostoli & seniores,
 qui quasi mediastri fuerant inter deū & plæbē, ut qd illi spiri-
 tu sancto congregati decreuerint, id nō tanq̄ humanū decre-
 tū, sed ut diuinū reliqua susciperet multitudo. Sic em̄ plane fa-
 ctū fuit in cōcilio, quod ob controuersia de cæremonijs anti-
 quæ legis dirimēdā, cōgregabat. Nā quod ab apl̄s & seniori-
 bus illic decretū fuit, ad cæteros christianos qui tū cōplures e-
 rant, tã Antiochiæ q̄ in Syria, simul & Cilicia mittebat. Ne-
 q; eius decreti rationē aliam assignarant, nisi, q̄ ita spiritui san-
 cto, sibiq; uisum fuisset unanimiter cōgregatis. Hic uidere li-
 cet ecclesiæ primæuæ ritū, quem essent & posteri seruaturi.
 Quāq; em̄ tunc haud tantus fuisset Christianorū numerus,
 quin potuissent omnes ad unū aliquem locum uocari, non sic
 tamen factū est, sed seniores quid sibi uisum fuerat diffinierūt,
 suamq; diffinitionē ceu legē cæteris obseruandā, tradiderunt
 pullo sacrarū literarū allato testimonio, nullis ue rationibus in-

Mat. 18

Mat. 28

Actorū. 15.

mediū productis, compertissimū habentes, id a spiritu sancto profectū quicquid unanimes ipsi decreuissent.

Epilogus

At ita factū est ob huius ueritatis habendā certitudinē, tā in concilio Constantiensi, q̄ in Basiliensi. Per utrūq; sane conciliū sic dicta consuetudo fuit approbata, ut patres unanimiter adiudicarent eā a nemine uiolare debere. Quā igit̄ ea nulli^o occasione corruptiois ortū accepit, & a multis discriminib⁹ liberat nulliq; repugnat euāgelico p̄cepto, qm̄ magis cōgruat ei, tā nouæ legis exēplū q̄ ueteris instrumenti figura, neminē afficit dispendio, nulla ui, sed tacitis omniū suffragiis irrepfit, et in ea re publica quæ sancto spū gubernat, atq; in eo negotio quod salutē animarū cōcernit, sitq; demū per tot ecclesiæ proceres bis approbata, quis tā insanit, ut nō putet eā a spū sancto fuisse profectā? Sed haecenus pro cōsuetudine statuenda.

X

Lutheri inas
nes cauilli cō
futantur

¶ Iam uestigemus q̄ sint nullius momenti Lutheranae rationes, quas ad hāc cōsuetudinē abrogandā attulerat. Primū, adducit testimoniū ex Matthæo. Sine causā colunt me doctrinis & mendacijs hominū. Ex qua scriptura colligere molitur qd̄ cōsuetudo per hoies introducta infirma sit & inualida. Sed Chrūs hanc scripturā dissoluit ipse. Nā ad eos illā attinere dicit, qui dei præceptū irritū faciunt propter traditiones hoim. Verū nihil eiusmodi fit per hanc cōsuetudinē, quā ipsa nulli diuino præcepto repugnet, ut superius ostendimus. Protulit hāc scripturā Christus e lege ueteri, quæ populū obedire uoluit mandatis hominū, ut liquet Num. 11. & Deute. 17. Erāt eim̄ sub ea lege septuaginta seniores, quorū præceptis & institutis, populus obtēperare sub mortis pœna tenebat. De quibus & Chrūs ait Matth. 23. Super cathedrā Moſi sederunt scribæ & pharisæi. Omnia ergo quæcunq; dixerint uobis, facite. Quod si Chrūs iusserit ut illis obtēperaret̄ in omnibus quæcunq; dixerint, multo magis hanc obedientiā apostolis suis et eorū successoribus exhiberi uoluit, ut ijs uidelicet pareret̄ cū et̄. De quibus & dixit, Qui uos spernit, me spernit. Non dānat itaq; Chrūs hominū mandata, neq; uetat quenq; his obtēperare, quin iubet potius in omnibus, quæ dei præceptis haud quaq; repugnant, obtēperent penitus. Quamobrē quā ista

Bona cōsue
tudo nō ad
uersat̄ euan
gelio.

Lucæ. x.

consuetudo nullis dei praeceptis aduerset, nihil prorsus Lutherus cōfert dictū testimoniū, & tamen hic mirū est ut insultat Lutherus, quasi uel hac una scriptura penitus triūphasset.

¶ Cætera uero, quæ subinde producit, irrisionē exigunt potius quā responsionē aliquā. Nā quod de diuturnitate fidei Turcarū in mediū affert, quis non rideat, quū nihil habeat huic nostræ consuetudini simile, præter solā diuturnitatē. Et tamen Lutherū haud pudet hanc pro sua defensione citare.

Qua ratione (inquit) probabimus Turcarū fidē esse erroneā, quæ iā ad millesimū fere annū durat, ante orta quā Germania ad fidē conuersa est. Hæc Lutherus.

Quasi nos propter solā diuturnitatē, consuetudinē istā approbassemus, quod falsum est, sed plures alias bonas & iustas conditiones habere docuimus, nepe, quæ a periculis pluribus eripiatur, neque praeceptis ullis diuinæ legis obuiet, sitque iustas ob causas introducta, in eo populo quæ lege cœlitus data spiritus sancto regit, & demū a præpositis & præsidibus illius populi cōmunibus suffragiis approbata. Cæterū Turcarū fidē quantumuis diuturna fuerit cæteris tamen carere conditionibus apertissimū est. Certū est enim eā, & impiā esse, & contra legē dei, neque gentē ipsam spū sancto gubernari, quēadmodū de Christianis apertissima Christi promissione cōpertissimū est. Proinde nec ualet quicquid quod de Iudæis tertio loco producit.

Sic & Iudæos (inquit) quis non merito iustificet huius inuicti Thomistæ exēplo, quū tāta nos superēt lōgitudine temporis.

Cui respondemus, quod nec fidei nec legis Iudaicæ diuturnitas quicquid eisdē suffragat, quū plane constet eos infidelitatis, auctore Christo, conuictos fuisse, fidemque illorū esse reprobatā, & legem iam olim antiquatam esse.

Rursum de gentibus sic obiicit. Et cur gentes per orbē nouā Christi fidē non dicentur, auctore Henrico Angliæ, merito fuisse persecutas, cū idololatria eorū, hoc pulcherrimo & Thomisticissimo argumento, recta & sana fides censeretur debuerit, quod tot millibus annorū, tot regionibus populorū, tā constanter usu firmabatur.

Et hic respondemus, quod nec idololatriæ quantumuis longa cōsue-

X
Luthe. delirac
mēta respon
so indigna.
Ad secundum
cauillum

Crimina non
excusant con
suetudie lōga

Ad tertium
cauillum.

4. Cauillus.

Confutatio

tudo saluare gentes, quum aduersus deum non solum impia sit, uerum etiam per eius leges damnatissima. Veruntamen ipsa (de qua iam sermo est) consuetudo, nec in deum impia est, neque legibus eius contraria.

Cauillus. 5 Quinto suum errorem communibus hominum erroribus stabilire molitur, sic inquit.

» Atque eodem Henrico magistro etiam nunc asseramus, impiorum hominum errores esse sanam fidem, quod ab initio mundi illorum » superarit multitudo & diuturnitas & potentia, piorum paucitatem & ignobilitatem.

Confutatio Cui respondemus, quod errores hominum, quos ab initio mundi Lutherus durasse contendit, nihil tueri potest tanta diuturnitas, quam non alium habeant authorem, quam Satanam, eundem uide licet quem habent Lutheri dogmata.

XI ¶ Vides ex istis responsionibus nostris lector, quam solida scilicet is nouus totius orbis magister argumenta produxerit, qui se certum iactat sua omnia dogmata se habere de caelo, quique de Satana se triumphasse gloriatur. Vides quae iam spolia reportarit ex tam glorioso triumpho.

Sed non praetereundum est quam Herculeam rationem, & inuincibilem postremo loco producit.

Cauillus. 6 Summa (inquit) Si hominum dicta ualent articulos fidei, cur non & mea uerba faciunt articulos fidei? An non sum homo?

Confutatio Respondeo, Me sane putare quiduis aliud te esse praeter hominem. An non tibi credam, qui te ipsum ursam & leonem appellasti? Quando igitur ursam aut leonem nemo recte uocauerit hominem, sed beluam, non mihi plane uideris homo, sed belua. Nam si homo esses, aliquod in te foret humanitatis indicium. Non tot mendaciarum libelli tui scaterent. Non tot concubinarum abundares. Non tot insaniarum & amentiarum futeres. At istis missis, ad caetera pergamus.

Cauillus. 7 Subinde cauillat, Turcam risum, si nostram consuetudinem esse spiritus sancto manasse diceremus, nec proinde plurimum a Turcarum consuetudine differre, quam eam sine scripturis asseramus. Primum, istud

Confutatio absque scripturis non asserimus, imo scripturas ob id ipsum astruendum ante produximus. Deinde nec scripturis nostris Turca fit

dē haberet, tāetsi ualidissimas producerem⁹. Tertio, neq; Turca Luthero crederet, quātūuis affirmet se certū eē oīa dogmata sua se habere de cœlo, uel si scripturis idip̄m cōfirmarit, qd' nunq̄ facit. Præter hæc & uerboseitate multa gannit & garrit nos aliud fundamentū præter Christū ponere, qui paremus hominibus, quod etiā falsissimū est. Nam supremū fidei n̄æ fundamentū Chrūs est, deinde apostoli, quos & Paulus ipse (quanq̄ homines erāt) fundamentū etiā appellat, quod supra Christū summū angularē lapidē stabilitū est, Post hos etiam apostolici uiri ceu uiui lapides superædificant, quibus omnibus tandem innituntur & christiani cæteri.

Cauillus 8

Confutatio

Ephc. 2.

Post hæc, Paulū affirmat magna autoritate sancire, fidē nostram oportere niti uerbis dei. I. Corin. 2. Sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis, sed in ostensione spūs & uirtutis fuit, ut fides uestra non sit in sapientia hominum, sed in uirtute dei.

Cauillus 9

Verū hæc scriptura multo magis contra Lutherum facit q̄ contra nos. Docuit enim sua Paulus, ostensione spiritus & uirtutis, hoc est clara miraculoꝝ operatione. Docuerunt & sua patres, qui Paulo successerunt simili modo, hoc est mirificis operibus e cœlo contestata. Quare nostra quæ credimus, ex ostensione spūs & uirtutis abunde sunt confirmata. Nam ut suo tēpore Paulus ea quæ docuit claris miraculis confirmauit omnia, ita reliqui patres suam doctrinā sequentibus temporibus magnæ uitæ sanctimoniam, multaq; miraculoꝝ luce comprobabāt. Quare si iā Lutherus uelit alia superinducere q̄ hæc tenus ecclesia crediderit, & plane diuersa ijs quæ adhuc credit, oportet eū ostensione spūs & uirtutis, hoc est signis & miraculis istud cōprobare, potius q̄ deprauata scripturaꝝ interpretatione, contra sensum Christi simul & tot sanctissimorū, atq; eruditissimorū patrū concordēs sententias, qui per multa sæcula nos præcesserunt. Optarim potius ut humanæ sapientiæ uerba Lutherus proferret, q̄ tot mendacia diabolica, maledictaq; & conuicia congereret, quibus ferme quicquid scribit refertissimū est. Nam ubiq; plus mendaciorum & conuicioꝝ q̄ efficacium argumentorum inueniet lector

Confutatio

Cauillus, x.

“ Post multa igitur conuitia, tandem dicit Christum ecclesiam suam
 “ edificasse non super longitudinem temporis, neque super multi-
 “ tudinem hominum, neque super oportet sic esse, neque super usum
 “ & dictum sanctorum, denique neque super Iohannem baptistam, nec super
 “ Elyam, nec super Hieremiam, aut ullum ex prophetis, sed super
 solam & solidam petram, super Christum filium dei.

Confutatio

Ephes. 2.

Nos etiam & hoc ipsum asserimus ecclesiam precipuum fundamen-
 tum esse, cui tamen fundamento propinquius innituntur tam apo-
 stoli quam prophetae, quos & constat homines fuisse. Deinde nos
 item superaedificamur, quemadmodum Paulus ait, Superaedificati
 super fundamentum apostolorum & prophetarum ipso summo angula-
 ri lapide Christo Iesu, in quo omnis aedificatio crescit in tem-
 plum sanctum in domino. Sed contendit Lutherus nihil aliud per hoc
 fundamentum intelligi debere quam Christum. Ego uero uicissim
 istud negabo. Quare iudice quodam opus erit, qui litteram hanc in-
 ter nos dirimat. Augustinus igitur hunc locum explicans psalmum,
 I. Petri. 5. 86. uocat apostolos & prophetas fundamenta ciuitatis huius, hoc
 Danie 2. est ecclesiam Christi, & Christum uocat fundamentum fundamen-
 torum, quemadmodum & idem pastor pastorum atque sanctus sanctorum
 nonnunquam dicitur. Vides ergo lector apostolos & prophetas eccle-
 siae fundamenta dici, nec esse de horum ueracitate metuendum
 quam homines fuerint, quam & ipsi fundati sint in ipso sum-
 mo angulari lapide Christo Iesu. Et rursum ex eodem consequitur
 per petram in prioribus Christi uerbis, Petrum debere intelligi.
 Nam cur alioqui Christus eum alibi saxum appellauit, nepe, quum
 dixit. Tu uocaberis Caphas, quod si interpreteris (ut Iohannes
 ait) lapis aut saxum interpretatur. Et quid est lapis aut saxum aliud,
 quam petra. Quod si neget Lutherus hunc locum sic accipiendum esse,
 iudices oportet habeamus, quos neque paucos aduersus illum
 produximus articulo. 25. confutatae assertionum.

Apli sunt fun-
damēta ecclieI. Petri. 5.
Danie 2.

Iohan. x

Vndecimi ca-
uilli confutatio

Sed aduerte lector quem in modum probat non super ipsius funda-
 mentis ecclesiam Christi fundari, sed super solum Christum.
 “ Quum (inquit) hic metiri & fallere non potest. At ois homo mendax.
 Nescio quid hic sibi uelit, nisi forte moliat hoc uerbo sua men-
 dacia tegere, nepe, quod non sit pudendum Luthero si mentiatur,
 quandoquidem scriptura dicit omnem hominem esse mendacem.

Nec opinor illum sentire q̄ Paulus fuerat mendax, aut Petr^o aut alius quispiam apostolorum in ijs quæ tradiderunt ecclesie. Nam ita quicquid scripserint, id totū in suspicionē adducetur. Quod si de illis id nolis accipi, quid prohibet eos dici fundamenta, quibus ecclesia post Christū fulciatur.

¶ Producit adhuc & alias duas scripturas, quæ nihil infer^{unt} XIII uiunt eius instituto, quin officiūt magis. Nā hæc, Si quis loquitur, quasi sermones dei, manifeste Luther^o damnat, qui nihil habet in ore frequentius q̄ conuitia, probra, maledicta, quæ magis diaboli sermones sunt q̄ dei, Sed ne dixerit Lutherus, nos huius rei nulla exempla produxisse, non grauabimur u^{num} aut alterum in medium proferre. An nō diabolica sunt Diabolica Lutheri, cōuitia . . . cōuitia quæ paulo ante in fautores diuī Thomæ iaculatus est? Hæc sunt arma (inquit) quibus hæretici uincuntur hodie, ignis & furor insulsissimorum asinorum & Thomisticorum porcorum. Sed pergant porci illi, & si audent, exurant me, hic sum, & expectabo eos, cineribus solis post mortem, etiam in mille maria proiectis, persequar & fatigabo hoc abominabile uulgus. Summa, Viuens papatus hostis ero, exustus, bis hostis ero, facite porci Thomistæ, quod potestis, Lutherū habebitis ursam in uia, & leonem in semita, undiq; uobis occurret & pacem habere non sinet, donec ferreas uestras ceruices & æreas frontes contriuerit, uel in salutem uel in perditionē. Hactenus satis fuerit patientiam perdidisse, deinceps, cū per gatis indurati & occæcati cornua erigere, & sponte facti sitis incorrigibiles & indomiti, nemo a me expectet quicquā dici, in uos deplorata portenta, suaue aut blandum. Irritados em̄ uolo magis ac magis, donec effusis omnibus uiribus & furoribus, concidatis in uobisipsis. Qui primus alterum conpescuerit, sit ipse uictor: sicut uultis, sic fiat uobis. En tibi lector sermones Lutheri. Num tibi uidentur dei sermones esse, an diaboli potius? Et rursus de summi pontificis cultoribus ad hunc modum ait. Tacens eos contemnam, uel si agendum est cum illis, quanto possim impetu in eos ferar irritaturus satis, imo prouocaturus, tam stupidos truncos, tam rudes asinos, tam crassos porcos, . . .

Contra captiuitatem Baby. Cap. III

“cum digni alio officio non sint, nisi ut prouocent in pœnã suã
“Idq; faciam in gloriam Henricianæ ecclesiæ & ipsius Henri-
“ci egregij defensoris Thomistæ, ne frustra meã mordacitatẽ
“facerrima sua maledicentia damnasse quæri possit.

I. Petri. + Hi scilicet sunt sermones dei quos tam crebro Lutherus ha-
bet in ore, imo plane diabolicos esse quis non dijudicat. Cæte-
rum ut ad institutũ nostrum reuertamur. Docet Petrus supe-
rioribus illis uerbis, christianos quæcunq; loquantur ea mo-
destia sobrietateq; loqui, ac si loquerentur eloquia dei. Quare
nihil hæc scriptura Luthero confert, sed multo minus q̃ ni-
hil, altera, quam subinde producit.

Afferit enim alteram, sed e suo cerebro confictã, quippe quæ
nusquam scripta sit.

“Et omnis (inquit) prophetia sit analogia fidei.

Roma 12. Non hoc dixit Paulus, sed ita, Siue prophetiam secundũ pro-
portionem fidei, hoc est, q̃ prophetiæ donum in hominibus
uel maius, uel minus est pro magnitudine fidei. Quid hoc ad
rem attinet, q̃ nobis nihil sine scripturis licebit loqui. Cæte-
rum quanquã hoc non probent hæc scripturæ per Lutherum addu-
ctæ, nemo tamen negat, quin prophetantibus id sit loquendũ
quod scripturis consentaneũ fuerit, nihilq; omnino proferri
ab his debere, quod scripturis quouis pacto cõtrarium sit.

Consentanea
scripturis do-
ctæ, nemo tamen
negat, quin
prophetantibus
id sit loquendũ
quod scripturis
consentaneũ
fuerit, nihilq;
omnino proferri
ab his debere,
quod scripturis
quouis pacto
cõtrarium sit.

XIIII

Inanis iactan-
tia Luth.

¶ Et quanquã nec scripturis nec ratione Lutherus ista pro-
bauerit, audi tamen lector q̃ iactabunde loquitur.
Hæc sunt (inquit) robora nostra aduersus quæ obmutescere
coguntur Hærici Thomistæ, papistæ, & quicq; est fecis, sen-
tinæ, & latrinæ impiorũ & sacrilegorũ eiusmodi, neq; hñt qd̃
possunt hic respondere, sed confusi & prostrati iacent a facie
uerborũ istius tonitruũ: & expectamus quoque quid aduersus
hæc mutire audeat Rex cum omnibus suis sophistis. ¶ An nõ
uides lector beluam istam prorsus insanire, qui quum ipse ni-
hil præter meras nugas effutiat & deblateret, alios tamen ap-
pellat nugigerulos, & putat oris sui fetorem pestilentissimum
adeo formidabilem esse, ut omnes obmutescere cogat.
“Subdit Lutherus, Stat enim fixa sententia, fidem non deberi,

nisi certo uerbo dei, sicut dicit, Roma. x. Fides ex auditu, au-
ditus autem per uerbum Christi

Et istud sane plurimum nostrę parti suffragatur. Nam ea que <sup>Fides ecclie
Ro. a Christo
& apostolis</sup> nos credimus, ab orthodoxis accepimus, & hi ab alijs audie-
runt similiter orthodoxis atq; hi uicissim ab alijs, idq; conti-
nua serie donec ad ipsos priscos apostolor; auditores peruene-
rimus. At si Lutherum petas quo nam audito fidem accepe-
rit suam, non potest alium indicare, q̄, aut Wiclefistam, aut
Hussitam quempiam.

Lutherus enim uero quicquid libet, ex quauis scriptura collis-
gere nouit. At certe parum dialectice consequitur, Fides ha-
benda est uerbo dei, ergo soli uerbo dei.

Cæterū iam donemus istud Luthero. Solis dei uerbis, & his
quę sequitur ex dei uerbis fides adhibeatur. Neq; enim dubi-
tamus quin eiusmodi negotium istud sit, de quo iam agimus.
Nam hæc sunt uerba Christi. Et rogabo patrem & aliū con- ^{Iohan. 14}
solatorem dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum spiri- ^{Iohan. 16}
tum ueritatis. Et rursum. Quū uenerit ille, qui est spiritus ue-
ritatis, ducet uos in omnem ueritatem. Atq; iterū de eodē spi-
ritu loquens ait, De meo accipiet & annunciabit uobis

Ad hæc. Paracletus autem ille qui est spiritus sanctus, quem
mittet pater nomine meo, ille uos docebit omnia, & suggeret ^{Iohan. 14}
uobis omnia, quęcunq; dixi uobis. Quis iam has scripturas
exacte pensitans dubitare secū potest de spiritus huius cōsola-
tione? maxime quū apostolici uiri & seniores in unū locū ex
toto Christianorū orbe confluxerint eius consulendi gratia,
nempe, quid essent in causa fidei facturi, & ea certe causa, que
plurimum concernit animarum salutem. Nā si spiritus uerita-
tis sit, & maneat nobiscum in æternū, ociosus esse nō potest in
monstranda ueritate. Et si ducturus est in omnem ueritatem,
cur & istam adeo suppliciter imploratus non iudicabit? Et si
docebit uos omnia & suggeret quęcunq; Christus ante dixit,
cur & hunc scrupū in Christi uerbis iam requisitus nō ex-
plicabit? Hic profecto liceret nobis in beluā istā insultare &
in caput eius omnia sua conuitia regerere, & maxime quum
præter illas scripturas, exemplum etiam habemus ex facto.

Contra captiuitatem Baby. Cap. III

Lucæ, 24 Christi, qui sub una specie, nempe panis, hoc sacramentum duobus & discipulis suis porrexit, neq; Christi modo uerum, etiam apostolorum eius, quos non semel id ipsum fecisse literis proditum est. Cæterū hac de re pluribus in articuloꝝ confutatione diximus.

Cauillus. At adhuc blaterare Lutherus haudquaꝫ desinit. Colligere molit̃ ex his, quæ superius adduxit. Quicquid ultra uerbum dei producit, hoc nostri arbitrii esse, ceu dominorū, credere nō credere, damnare, probare sicut scriptū est. Omnia uestra sunt, siue Apollo, siue Cæphas, siue Paulus. Vos aut̃ Christi Confutatio. Nec istud certe probat id quod Lutherus molitur. Neq; em̃ ita Paulus intellexit christianos esse Christi, ut non debeant præpositis suis obedire. Nam istud ad Hebræos ultimo præcipit. Obedite (inquit) præpositis uestris, & subiaceate eis, & rationem subnectit dicens. Ipsi em̃ peruigilant quasi rationē pro animabus uestris reddituri. Ecce Paulus Christianos obedire uult & subijci præsidibus suis, qui deo rationē pro animabus eorum reddituri sunt. Et Christus item iussit, Omnia que Mat. 23 eunq; dixerint uobis, facite.

XV ¶ Postremo docet nostrū esse iudicare pontificē & non iudicari a pontifice. Quia spiritualis (inquit) a nemine iudicatur. & ipse iudicat omnes.

Cuius sit iudicare alium. Sed hæc consecutio plane stolidā est, ni Lutherus prius doceat plæbē esse spiritalem. Nam de præsidibus hoc Paulus dixit, & non de plæbe, quod illic apertissimū est. Mox em̃ subdit. Nos autem sensum Christi habemus, hoc de præsidibus.

I. Cor. 2 Et de plæbe quid? Adhuc em̃ carnales estis. Et quare carnales eos appellat, ostendit. Quū em̃ sint inter uos zelus & contentio, nonne carnales estis? Ecce lector, hic prorsus euanescit Lutherani iudicij autoritas, quū tam aperte factiosus & contentiosus fuerit, nec proinde carnalis. Si carnis opera, que

I. Cor. 3 Paulus ad Galatas enumerat, carnalem efficiunt quempiam, Galat. 5. Lutherus utiq; totus carnalis est. Nā & totus conflatus est ex inimicitijs, contentionibus, emulationibus, iris, rixis, dissentionibus, sectisq; & inuidijs. Quamobrē nec ipse, neq; sectatores eius idonei iudices esse queunt.

Quod de Augustino deniq; producit, nempe, q̄ eius senten-
tia, solis canonicis libris is debeat honor, ut firmissime cre-
dat nihil erroris in illis esse, cæteros quantalibet sanctitate do-
ctrinaq; præpolleant, non æquo honore dignos, nihil contra
nos militat. Neq; em̄ ob id uult Augustinus, ut nihil omnino
credat, nisi quod in scripturis positū fuerit, quū ipse cōtra Do-
natistas multa docet esse credenda, quæ nequaquā in sacris lite-
ris cōtinent, de quibus & inter cōfutandū articulos Luther-
anos ipsi meminimus. Sed & generalium synodorum decretis Au-
gustinus deferendū censet haud aliter q̄ a sacro profectis spū.
Nihil haecenus omisimus lector quod erat aliqua responsio. Modestia au-
ne dignū. Coniuncta tamen innumera præteriuimus ne te ni-
mio prolixitatis oneraremus tædio. Multis autē uerbis post
hæc Lutherus subterfugere conatur, ne uideat in laudando Le-
one pontifice, & eodē rursus impostore uocādo fuisse sibi cō-
trarius. Sed nihil agit. Si impostor fuit Leo decimus, ut eum
Lutherus uocat, uir bonus haudquaquā fuit, & idē a Luthe-
ro ceu uir bonus laudatur. Luthero certe bonus & non bo-
nus erit, nisi forte adulandi gratia fateatur se (dum istud scrip-
serit) fuisse mentitum.

Modestia au-
thoris

Lut. uel mētis
tus est uel sibi
contrariatur.

XVI.

¶ De papatu subinde Lutherus ogganniens illustrissimū
regē insinuat ad scripturas quas attulit magis mutum fuisse,
q̄ piscem, quū tamen omnino nullas quibus papatum conuel-
leret in tota Babylonicæ captiuitatis libello produxisset. Cæ-
terum quia nos inter confutandum articulos, satis abūde Lu-
thero papatū impugnantem respondimus, iam paucioribus ar-
gendum est. Neminem opinor dubitaturū, hæc de re, qui uer-
ba Christi cum ipso rerum euentu digne conferat. Quis em̄ Ecclia Ro. ex
tam cæcus est, ut non uideat eam quam hodie uocamus eccle-
siam, ex Petro demanasse. Nec inficior quin a cæteris aposto-
lis, ecclesiæ complures institutæ fuissent, nimirū a Paulo, Io-
hanne, Iacobo, Matthæo, Barnabā, reliquisq; quos olim ad to-
tum orbem conuertendum Christus ipse miserat. At succes-
siones eorum uel penitus interierunt, uel ita schismatibus &
hæresibus ab ecclesia recesserunt, ut ad eam haudquaquā per-
tinere credantur. Quum em̄ ecclesia non segregatio, sed con-

Ecclia Ro. ex
Petro diman-
auit.

Contra captiuitatem Baby. Cap. III

Mar. 16.
Iohan. I.

gregatio dicatur, qui non cum cæteris membris adunati sunt, merito censentur non esse de ecclesia. Retinet igitur sola illa Christianorū successio, quæ a Petro defluxit, ecclesiæ nomē & caturā. Quamobrē quū & illi Christus dixit, Tu es Petrus & super hanc petrā ædificabo ecclesiam meā, & eundē alibi promiserit uocandū esse saxum aut lapidem, quis non dilucide prospicit Petrū illis uerbis petram fuisse uocatum? Nam quū alibi nusquā per totū euangelium inuenies Petrū saxum uocari, quūq; certissimū sit, Christi uerba, frustrari non posse, quibus Petro dixit, & tu uocaberis saxum, reliquū est, ut Petrus, hoc loco, iure petra sit uocatus, supra quā ipse totā ecclesię suę successionē ædificauit: aduersus quā successionem hæctenus inferorū portę, nec præualuerūt, nec præualebūt unq̄. Manet em̄ ad hunc usq; diem hæc interrupta successio & manebit haud dubito q̄ diu mundus iste durabit. Quid ad nos si Bohæmi & Indi nolint hanc petrā ceu catholicæ ecclesiæ fundamentum agnoscere, sed ultro se separauerint? Vnica nihilomin⁹ est colūba Chri a qua se faciunt exteros, q̄ ab ea sponte recesserint.

Cant. 6

“ De Hieronymo q̄ ais eū Romanā ecclesiam, suā dumtaxat, non orbis matrē appellare, argumentū istud nihil effecit quū sit mere negatiuū. Sed & quia Hieronymus nequaquā sub dio cœli Romana, sed Hierosolymitana tū degebat nō uocasset Romanā ecclesiā, suā matrē nisi quatenus & ipsa totius orbis fuisset mater. Cæterę de Romana quid senserit Hieronymus ecclesia, iā audi quū ad Damasum ecclesiæ Romanæ pontificem scribat, Quoniā uetusto oriens inter se populorū furore collisus indiscissam dñi tunicā & desuper textā minutatim discerpit, ideo mihi cathedrā & fidem apostolico ore laudatam censui cōsulendā. Et rursus ad eūdē. Beatitudini (inquit) tuæ id est cathedræ Petri cōmunionē consocior, super illam petrā ædificatam ecclesiam scio. Ecce quid Hieronymus de Petro dixerit. Super illam petram ædificatam ecclesiam scio.

Hiero. de ec-
clesia Roma.

Ad hæc. Si quis (inquit) cathedræ Petri iungitur, meus est. Quamobrē & ingenue fatetur se uitalem nō nosse, Miletū respuere. Paulinū ignorare, nimirū qui sedis huius & cathedræ fuerant aduersarij. Sed & demū cunctos affirmat sparge

re, hoc est schismaticos eē & extra ecclesiā q cū successore Pe-
tri nō colligūt. Quis ex his nō intelligit q̄tū Hieronym⁹ ec-
clesiæ Romanæ cēsuerit deferendū? Nō est igit, cur Luther⁹
garrat, Regē Angliæ rudē, & indoctū esse laicū, quem uti-
nam ipsi qui sacerdotes sumus non essemus illo tam eruditio-
ne q̄ eloquentia longe inferiores.

¶ Sed iam tandē ueniamus ad rem propositā quæ hacten⁹ XVII
per multam Lutheri uerbositatē dilata est. Nam & ad singu-
la respondendum fuit, & ordo quem ille secutus est, a nobis
teneri debuit, quo lectoribus omnia promptius occurrerent.
Hic primum scripturas & rationes diluemus, quas Lutherus
sua robora uocat, & a Rege præteritas falso conqueritur, quū
tamen ipse transfiliat multa quæ non mediocriter eum præ-
munt quibusq; respondit nihil. Et hæc est una, neq; rara, uul-
pis huius fraudulentia, qua suum aduersariū in eo maxime re-
prehendit, quo maxime delinquat ipse. Sed nos eius quæ uo-
cat robora, iam recensebimus. Septem ea fuisse dicit.

XVII
Ad institutū
reuertitur.

Primū erat autoritas euangelistarū narrantiū cōstāti & uno
sermone, Christū instituisse utrāq; speciē, ihs qui memoriā sui
essent facturi, & signāter ad calicē, adiecit, bibite ex eo omnes
Hic respondemus uerum esse, q̄ hoc sacramentum sub utra-
q; specie Christus instituit. Sed negamus q̄ omnibus his qui
memoriam eius essent facturi præceperit ipsum sub utraque
specie dari. Nec probat id quod sequitur, Bibite ex eo omnes
q̄ solis duodecim apostolis, non item omnibus christianis, fu-
isse dictum, paulo ante monstrauius.

Cōfutatio se-
ptē roborum
Lutheri.

Inuvalidatio

Mat. 26.

Secūdū robur

Secundum erat. Si solis presbyteris dedisset Christus in cœ-
na sacramentum, non licere ullam partem laicis dare, cum nō
liceat institutum & exemplum Christi mutare.

Huic respondemus, q̄ Christus ipse duobus ex discipulis su-
is nondū sacerdotibus factis hoc sacramentū sub specie panis
dumtaxat ministravit. Quocirca nec ob id mutatum est Chri-
sti institutum, q̄ laicis idem sacramentum sub altera tantū spe-
cie, nempe panis datur, quū hoc ipsum ipse Christus prius fe-
cerit, laicos cōmunicans in Emaus, quemadmodum ante dix-
imus, quod & ultimo Lucæ manifestum est.

Inuvalidatio.

Lucæ. 24

XVIII

Instituta Chri
pnt immutari.
Acto. 2. 9. 10.
Math. 23.

¶ Dicimus præterea, licere cuipiã generali concilio non
nihil e Christi institutis ob urgentes causas immutare, quẽ ad
modũ & primis ipsis licuit ecclesiã proceribus qui baptismi
formã immutarunt, longe aliter q̃ instituerat eã Christus.

Dicimus tertio, q̃ huius sacramenti ministrandi modus arbi
trio apostolorũ relictus fuit. Quod & Augustinus ad Ianaas
apli sac̃m eu trio apstolorũ relictus fuit. Quod & Augustinus ad Ianaas
charistiã pro riũ docet inquit. Saluator quo uehemẽtius cõmendaret my
suo arbitrio sterij illius altitudinẽ, ultimũ hoc uoluit infigere cordibus &
ministrabant memoriã discipuloꝝ, a quibus ad passionẽ digressurus erat: et
ideo nõ præcepit quo deinceps ordine sumeret, ut aplis (per
qs ecclesias dispositurus erat) seruaret hunc locũ. Hęc Aug.
Quã rem & Paulus. 1. ad Corin. 11. insinuat, nonnulla uideli
cet circa hoc sacramentũ aliter ordinãda. Propter qd̃, & quũ
de eodẽ loqueret, subiunxit, Cætera quũ uenero disponã.

Tertiu robur.

“ Tertium, Si potest una pars huius sacramenti laicis tolli, po
“ terit & pars baptismi & pœnitentiã eadem authoritate tolli.
“ Et quicquid Christus unquã statuit, potest partim tolli. Si nõ
“ potest, nec illa pars tolli potest.

Inualidatio Respondemus, q̃ de baptismo & pœnitentia nequaquã simi
Discrimen in le est, quũ neutrum horũ partes duas habeat, in quarum utra
ter eucharistiã q̃ tota res sacramenti contineatur. At qui sacramentum Eu
sac̃m & alia, charistiã sumit, uel sub specie panis, uel sub specie uini, totum
Christum sumit utrobicq̃. Nam qui speciem alteram sumit, tã
tum accipit commodi quantũ sub utraq̃ specie cõprehendit,
nihilq̃ maius sub utraq̃ specie suscipit, quam sub altera tan
tum. Species enim signa dumtaxat sunt & non res: Neq̃ uir
tutis quicquã adijciunt quod non in re signata, nempe, Chri
stus contineatur. Adde, q̃ baptismi uerba, contra, q̃ aperte
Christus præcepit, apostoli per aliquod tempus in ecclesia
primitiua mutarunt, ut & alia nonnulla ubi iustas sibi causas
occurrisse conspexerint. Quamobrem & idem a patribus &

Quartũ robur spiritu sancto iam fieri posse non est dubium.

“ Quartum, q̃ CHRISTVS dicit sanguinem suum fundi
“ pro remissione peccatorum nostrorum, ideo quibus remissio
“ datur peccatorum, eis nõ posse negari signum remissionis, qd̃
“ illis Christus dederit.

Concedimus in hoc sacramēto cōtinari sanguinem, qui fusus erat in remissionē q̄ctōr; sed negamus q̄ hoc est sacramētū remissionis peccator; sed est sacramētum potius unionis fideiū, cum Christo & cum deo patre per Christū. Neq; enim sequitur. Hic est sanguis meus qui multis fundit̄ in remissionē peccator; ergo eucharistia est sacramētum remissionis peccatorum. Quintum, si potuit uinum tollere, poterit & panem, ac per hoc totum sacramentum tollere, & institutū Christi penitus euacuare, si totum non potest, nec partem potest.

Inualidatio,

Quintum
Robur.

Respondemus, q̄ in ministrādo hoc sacramēto sub specie panis, non ea pericula occurrunt, quæ uitari ualeant si ministratur etiam sub specie uini. Atq; ideo non consequitur, ut si Cōcilio uisum fuisset ob iustas causas, laicis hāc partem subtrahi debere, pars identidem altera præter omnē rationē & causam subtraheretur. Sed & ob causam interdum pars utraq; subducitur, nimirum ipsis morituris, quādo uidelicet ex uomitu laborant, & infantibus qui non semper deglutiunt quod in os ingeritur, sed ingestum plæruncq; respuunt.

Inualidatio.

Quibusdā iure
subtrahitur
sacramentum

¶ Sextum Robur aufugit, nec aufum est cōparere. Metuit forte ne quod sodalibus contigit, idem eueniret sibi.

XIX.
Sextū robur.

Septimum est. Paulus omnino obstruens ora, qui. I. Corint. II. non præbyteris, sed ecclesiæ & omnibus fidelibus, tradit totum sacramentum.

Septimum
Robur.

Respondemus. Paulum recensere tantum Corinthiis quid ipse de hoc sacramento prius acceperat a Christo, nimirum ut ita maiorem eis erga cibum istum reuerentiam incuteret, simulq; tolleretur abusus, qui iam apud eos aliquātulū inoleuit. Nec inficiamur aliquādiu sacramentum istud sub utraq; specie cunctis fidelibus administratum fuisse, & maxime se uientis persecutionis tempore, quo scilicet ipsi fideles ex crebra sumptione sanguinis Christi, quem ipse pro eis olim fudisset, quæq; sub specie uini coram cernerent, magis ad martyrium pro Christino mine subeundum animarentur. Cæterum quū iam cessasset ea persecutio multaq; inconuenientia cotidie magis ac magis insurgerent, cuiusmodi superius memorauimus, quibus horrere ceperunt fidelium animi, sensim consensu quodam tacito per-

Inualidatio.

Cōicabā olī
sub utraq; spēRōnabiliter
mutat⁹ est mod⁹
cōicandi.

omnes ecclesias altera species adēpta fuerat, atq; ita populus ob-
euitanda crebra pericula, tacitis omnium suffragijs, ut ante di-
ximus, assensum prębuit quatenus laicis sub una tantum specie
sacramentum istud exhiberetur.

I. Cor. II.

Adde, q; Paulus in epistola sua generalitatem illam, cui potif-
simum Lutherus innititur, nimirum, Bibite ex eo omnes, pe-
nitus omisit, ne quauis inde fortassis ansa credendi caperetur
a posteris, sibi uidelicet fore necessarium ut sanguinem e calice
potarent, quemadmodum & sacerdotes iam faciunt. Pręuidit
forte Paulus hunc morem aliquādo tandem inualiturū, quem
iam prorsus inoleuisse conspiciamus.

Cōiicia In Lu-
theri rege redā

Iam dilucidum esse cunctis opinor, quam prorsus omni robo-
re careant Lutherana robora, quibus iam pridem arrogancia
plusquam gigantea supercilium extulit, ut meritissime rege-
mus in eum, quicquid in illusterrimum ipse Regem prius euo-
muerit immeritissime. Nos uerba tantum immutabimus qui-
bus Regis facta est mentio.

A pessimo Lu-
thero diligen-
tissime cauē-
dum.

Intelligis lector ex his Lutheri nequitiam. Vide nunc an ulla
fit in tali corpore gutta christiani sanguinis, aut in eius animo
scintilla quępiam boni uiri. Quem rogo non urat hæc plusq̃
sophistica malitia, simul & impudentia, quę ex animo & de in-
dustria sic aduersus agnitam ueritatem insanit, ut non modo su-
is auditoribus, sed & orbi toti uelit tam rationabilem & saluta-
rem consuetudinem extinctam & sepultam esse. Plane uas ele-
ctionis is est Satanę, & dignissimus impugnator ecclesię ca-
tholicę. Eo studio & plęraq; alia molitur in omnibus quę scri-
bit. Sed pius lector hoc signo discat eum cauere, ceu sentinam
mortis: & suspectum habeat per singulos apices. Nulla uenia
dignus est, quia nullus error hic est, sed mera nequitia, & indu-
rata malitia ad mentiendum & blasphemandum intenta. Ha-
ctenus in Lutheri caput, eius propria uerba regeßimus, quę re-
ctius in alium neminem competunt q̃ in Lutherum ipsum.

XX

Rex anglie cor-
rupit fūdamē-
ta Lutheri.

¶ Sed iam ostēdamus Regem abunde satisfacisse cūctis Lu-
theri scripturis & rationibus. Lutherū contra præterisse mul-
ta, quę sibi per Regem obiecta fuerant. Primum quantū ad
scripturas, Lutherus ut supra diximus, nullam attulit quę præ-

cipiat hoc sacramentum sub utraq; specie cunctis accipiendā esse, præter hanc unam, nempe, Bibite ex eo omnes. At hanc ipse Lutherus negatur gere laicos ut sub utraq; specie recipiāt. Quare factum est ut etiam ob id Rex Lutherum inconstantie damnarit. Sunt enim hæc quæ sequuntur uerba Regis ad lectorem. At uide quæso quam uacillat ac sibi repugnat Lutherus. Vno loco dicit, Christum in cœna omnibus omnino fidelibus, non permittendo, sed præcipiendo dixisse, Bibite ex eo omnes: Postea uero timēs ne laicos, quibus in sacerdotum odium adulatur, offenderet, hæc uerba subiungit. Non quod peccent in Christum, qui una specie utunt, quum Christus non præceperit ulla uti, sed arbitrio cuiuslibet reliquerit dicens.

Quotienscunq; hæc feceritis in mei memoriam facietis. Hæc tenus ipse Rex. Annon perspicis lector utrunq; Lutherum affirmasse, nempe quod præceperit, Christus, & non præceperit, quæ manifeste pugnant. Propter quod & Rex adiecit. Quid opus est ergo nos illi cōtradicare, qui sibi toties cōtradicit ipse? Palā est igitur ex Lutheri uerbis, nō esse cunctis præceptū, Bibite ex eo omnes. Quāobrē quum ipse nullum aliud e scripturis præceptum afferre queat. Regi ac situdo satis hoc primum Lutheri robur euertit. Et tñ ad inconstantiam de qua tā aperte conuincitus, si let penitus.

Secundum etiam robur Lutheri, quod in eo consistit, quod non liceat Christi institutum mutare, satis efficacit ipse Rex eneruauit, docēs Chri institutū ob iustas causas mutari potuisse, quæ admodum aperte constat in plerisq; fuisse mutatum tā ex parte temporis, nēpe quod Christus post cœnam ipsum instituisset, quum ecclesia sumendum iubeat a ieiunis. Quāquā aquā etiā uino cōmiscendā ecclesia præcipit, quod tamen neq; per Paulū neq; per euangeiistas (ut quisquā faceret) erat expressum. Protulit & ex Augustini uerbis euidentis testimoniū, quo nō est ueritus Augustinus asserere mutationem illam a spiritu sc̄to processisse. Sed & idem Augustinus paulo post in eodem loco testatur, Chri apostolis reliquisse totius ipsius sacramenti dispositionem & ordinē. Quā rē ex Pauli uerbis colligit, quū is de sacramēto hoc locutus dixerit, Cetera cū uenero disponā. Quā igit

Primi destruo
tio.

Regis uerba.

Lucæ. 22.

Episcopus

Destructio se
cundi.Ecclesia muta
uit instituta
Christi.

I. Cor. 11.

perspicuum est q̄ Christus neutram partem omnibus ch̄ianis dari iussit, sed hoc ipsum arbitrio ecclesie reliquit ordinandum quis dubitare potest, quin ecclesia, sancti sp̄s (quo iā regitur) instinctu, sic ordinauerit, ut sub altera specie dūtaxat hoc sacramentum laicis conferatur.

Destructio ter
cij.
Matth. 28.

Tertium item robur infirmatur, ex eo, q̄ docetur aliter mandari Baptismum q̄ Eucharistiam. Baptismus enim palam præcipitur, dicente Christo apostolis, Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & spirit⁹ sancti. Verum nusq̄ ita præcipitur de sacramento Eucharistiae, quā rem euicit Rex ex ipsius Lutheri uerbis. Lutherus em̄ asseruit non esse præceptum laicis, ut ex calice biberent. Quare nō est simile de Baptismo & Eucharistia.

XXI.
Destruct. q̄rti

¶ Soluitur & quartum robur, quia non est Eucharistia signum remissionis peccatorum. Nec ualet consecutio. Christus dicit suum sanguinem fundi in remissionem peccatorum, ergo hoc sacramentum signum est remissionis peccatorum. Hæc sequela, si bona foret, multū Boemis suffragaretur, & recte concitaret laicorum odium in sacerdotes, in quare uehemēter ip̄e Rex Lutherum pungit inquiringens.

Verba Regis.

Interim uero libet excutere q̄ fraudulēter per speciē fauoris in laicos conetur eorū odium concitare in sacerdotes. Nā quū decreuisset ecclesie fidem suspectam reddere, ne quid ponderis eius haberet autoritas, atq; ita facta uia, præcipua quæque christianæ religionis euertere, ab ea re sumpsit initium, cui populum sperabat alacriter applausurū. Tetigit em̄ uetus ulcus, quo pridē ulcerata est Bohœmia, q̄ laici sub utraq; specie non recipiant Eucharistiam. Eam rem, quum prius ita tractasset, ut dumtaxat diceret, recte facturum Pontificem, si curaret cōmuni concilio statuendū, ut sub utraq; specie laici cōmunicarent; post ubi, nescio quis, illud ei negauit, non contentus in eo manere quod dixerat, sic profecit in peius, ut totum clerū condemnet impietatis, q̄ istud non faciant non expectato Concilio. Hactenus ip̄e Rex.

Destructio. r.

Diluitur & quintum robur, ex eo q̄ per ecclesiam infantibus adempta sit utraq; species, qui tamen aliquādiu soliti sint cōmu-

nicare. Neq; negat iuste sublatam, quādoquidē in Captiuitate Babylonica recenset ex Augustino, citra sacramentū eos māducare carnem & bibere sanguinem Christi. Sed hic Regem ipsū iterum audiamus.

At istud miror, tam uehementer indignari Lutherū, laicis ad Verba Regis, emptam alteram, quum nihil eū permoueat q; utraq; species adimatur infantibus nā illos olim cōmunicasse, nec ipse negare potest. Qui mos si recte fuit omisus, q̄q̄ Christus dicat, bibi *Math. 26.* te ex hoc omnes, nec quisq; dubitat quin causę fuerint magnę etiam si nunc earum nemo meminisset; cur non etiā cogitemus bonis iustisq; rationibus, quātūuis nunc ignoratis, abolitā esse consuetudinē, qua laici olim, nec id fortasse diu, sub utraq; specie solebant recipere sacramentum. Hactenus ipse Rex. Hic aduertis lector q; tametsi dixisset Christ⁹, Bibite ex eo omnes, Infantibus tñ utraq; species adimit, atq; ita q̄ties occurrerit idoneę causę, uel altera uel utraq; per ecclīam tolli poterit. *Math. 26.*

¶ Sextum robur nūsq̄a comparuit, quo factum est ut Rex *XXII.* non potuit illud infirmare.

Septimū robur, etiam Rex e Lutheri manibus eripuit: q̄q̄ sup *Destructio. 70* bissime gloriatur, hoc argumentū assertori sacramentorum dixisse. Noli me tangere. Tetigit & contriuit penitus, quod & facile fuit, quū omni robore careat. Nihil em̄ magis efficit, quā q; tempore Pauli, mos erat fidelibus sub utraq; specie cōmunicare, quod nemo negat. Atq; iccirco Rex affirmauit hunc morē ob iustas causas desisse, dicens, Ceterum, etiam si causas nō uiderem, cur non decernat ecclesia, ut utraq; species ministretur laicis, tamē dubitare non possem, quin sint idoneę, quę & olim fecerunt, ut id omitteretur, & nunc quoq; faciant, ne redintegretur. Sed & subinde robustissima quadam cōiectura docet, clerum nō sine iustissimis causis id fecisse, Nec plane assentior, inquit, totum clerum per tot sæcula fuisse tam stolidū, ut se obstrinxerit æterno supplicio propter eam rem, unde nihil reportaret commodi temporalis.

Postremo rationem adiicit efficacem dicens. Imo uero q̄ nihil sit talis periculi, uel hoc euidenter ostendit, q; eos, qui nō tantū istud fecerunt, uerū etiam qui scripserunt esse faciendum deus

Laus scti Tho
mae de Agno.

non modo suscepit in caelum, uerum etiam uoluit esse uenerandus in terris, & ab hominibus honorari, a quibus honoratur ipse. Inter quos fuit (ut de alijs interim taceam) uir eruditissimus & idem sanctissimus diuus Thomas Aquinas, quem ideo libentius commemoro, quoniam eius uiri sanctitatem Lutheri ferre non potest impietas, sed quem omnes christiani uenerantur, pollutis labijs ubiq; blasphemant. Quamquam sunt permulti, qui etiam si pro sanctis recepti non sunt: tamen siue doctrina, siue pietate spectentur, tales sunt, ut Lutherus eis comparari non possit, qui hac in re contrarium Luthero sentiunt. Inter quos sunt Magister sententiarum, & Nicolaus de Lyra, & complures alij quorum cuilibet magis expedit christianos omnes quam Luthero credere.

Ecce lector quam ualidissime Rex illustrissimus robur istud Lutherorum penitus redegit in nihilum, & plane docuit cuncta robora Lutheri perinde esse atq; sagittas paruulorum quae nihil penitus laedant.

XXIII

¶ At ediuerso Lutherus, fortia Regis iacula declinauit penitus. Nihil enim respondet ad illam contradictionem quam ei Rex obiecit, nempe qd Christus praeeperit & non praeeperit cunctis e sanguine suo bibere. Et ne subterfugiat Lutherus hanc contradictionem, locos ipsos memorabimus. Sic enim ait in prima captiuitate sua. Ego fateor ista me ratione mihi inuicta superatum, nec legisse, nec audiuisse, nec inuenisse quid contadicam, quum hic Christi uerbum & exemplum stet firmissime, ubi non permittendo sed praecipiendo dicit, Bibite ex eo omnes. Rursum in principio secundae Captiuitatis sic ait. Non qd peccent in Christum, qui una specie utunt, quum Christus non praeeperit ulla uti: sed arbitrio cuiuslibet reliquit dicere Quotiescunq; haec feceritis in mei memoriam facietis. Ecce in priori praeeperit Christum affirmat, & in posteriori non praeeperit. Sed & quum Rex nullam in sacerdotibus culpam esse dicit, quos tamen Lutherus ceu reos arguit, nihil is respondet. Et profecto nullam inpingere sacerdotibus culpam in hac re Lutherus iure potest, quum nusquam eis praecipiat ut dent sub utraq; specie. Nam si sit alicubi praecipitum, locum ipse proferat. Si nequeat,

Cōuincit palā
sibi cōtradixit
se Lutherus.

Sacerdotes n̄
culpantur de
alteri⁹ sp̄i s̄b
ractione.

cur absq; scripturis istud asserit, q nihil sine scripturis admitti ue
 rit. Et quum Rex plane doceat hanc consuetudinem haud q̄
 quā inuitis laicis inoleuisse, hic omnino Luthe^o tacet. Sed Re
 gem ipsum audiamus. Hic igit si quis eum percontetur, qui sci
 at, istum ritum inoleuisse, renitente populo: nō potest, opinor,
 docere. Cur ergo totū condēnat clerum q; laicis inuitis, ad me
 rit suum ius, quū id inuitis esse factū nullo possit documēto pro
 bare? Quanto fuit equius, si nisi uolentibus illis, recte nequiuit
 institui, pronunciare pro tot seculorum cōsuetudine plebis in
 teruenisse cōsensum? Ego certe, qui uideo, quas res a plebe cle
 rus obtinere non potest, ne tantum quidē, quin ferme, sub ipso
 altari suorum condant cadauera: non facile credo, populū fu
 isse passurū, ut inuiti per contumeliā, in tanta re ab ulla iuris sui
 parte pellerentur, sed causis aliquot idoneis e laicorū q̄q; uolū
 tate constitutum. Nihil ad ista Lutherus respondet.

XXIII

¶ Et quū Luthero Romanos asserenti potius hæreticos &
 impios atq; schismaticos esse q̄ Bohæmos aut Græcos, q; illi
 solo figmento suo (quē admodū ait Lutherus) contra euiden
 tes dei scripturas p̄sumunt. Rex ad hunc modū opposuisset. Si
 Lutherus nihil admittit aliud, quā euidentes dei scripturas: cur
 non iubet Eucharistiam, uti dixi, sumi a cœnātibus. Nam sic fa
 ctuma Christo scriptura cōmemorat. Quāto melius crederet
 Lutherus, nō humauo figmento, sed eodem authore deo, fa
 ctum in ecclīa ne laici sub utraq; specie reciperēt Eucharistiā q̄
 authore, factū est, ut reciperetur a ieiunis: placuit em̄, ut ait be
 atus Augustin^o spiritui sc̄to, ut corpus dñi, quod post alios ci
 bos ab apostolis in cœna receptū est: añ alios cibos, a ieiunis re
 ciperetur in ecclesia: uidet ergo uerisimile, q; spūs sc̄tus, q; Chri
 sti regit ecclesiam, sicut eucharistię sacramentū mutauit a cœ
 nātibus ad ieiunos: ita laicos, ab utraq; specie deduxit in alterā.
 Nam qui alterū mutare potuit, cur nō alterare potuerit & alte
 rum. Et hic Lutherus obmutuit prorsus.

Corp^o Chri^a
 ieiunis sumen
 dum.

Cæterum ne sectatoribus suis nihil fecisse uideat, duas tantum
 particulas furibundus aggreditur: quas & molitur pedib^o om
 nino conculcare. Sed nequicq; agit. Neq; enim Regis argumē
 tū iuste recensuit, sed uulpino suo more meliorem eius partem

Luther^o detru
 cat uerba Res
 gis.

subticuit. Nam ita Lutherus. Ecclesia (inquit Rex) mane cōmunicat sacramento, quod Christus fecit uesperī, deinde nos aquam uino miscemus; de quo tamē nihil meminit scriptura. Quare si ecclesia hic potuit aliud facere aut īstituire, potuit & aliam partem sacramēti tollere. Sic Lutherus Regē recenset, atq; ita magnis roboribus duas regias argumētationes mutilauit. Sed audi lector, quibus uerbis Rex ipse priorē extulit rationē. Postq̄ em̄ infantibus utranq; speciē ademptā Rex in medium attulisset; & id bonis iustisq; rationibus factum, se nihil dubitare testatus esset; collegit æquali iure fieri potuisse; ut adultis altera species, ob iustas causas adimeretur. Iam alteram rationem prioribus adiūgit his uerbis.

Verba Regis. Præterea, si eam rem ad exactam euangelicæ narrationis formā reuocat Lutherus, neq; quicq̄ prorsus permittit ecclesiæ; cur Eucharistiā nō iubet semper in cœna recipi, imo uero post cœnam? Hic lector aduerte quid Rex molitur, nimirū q̄ si potuisset ecclesia, quam ipse persuasissimū ex scripturis habet spū sancto regi, quippiam ordinationis euangelicæ uariare; potuit etiam immutare plus uel minus pro ut congruentia causarū postulauerit. Neq; em̄ cæterorū quoduīs districtius præcipit, q̄ tēpus ipsum. Nam ut Christus ipse carnem & sanguinē sub specie panis & uini dedit, ita & uespi post cœnā dedit. Quāobrem si propter bonas & iustas rationes, ecclesiæ licuit hanc tēporis circumstantiam uariare; idq; non absq; sancti spiritus instinctu fecisse creditur; cur non potuit etiam cæterorū nonnihil, ubi æque iustæ causæ fuerint similiter immutare?

XXV
Verba Regis. ¶ Sed & post hanc argumentationē Rex alteram subiecit in hac formā. Deniq; non minus incōmodi fuerit, in hoc sacramento facere, si quid fecisse non debeas, q̄ si quid nō facias q̄d fecisse debueras. Ergo si totius ecclesiæ cōsuetudo rectū nō facit, ut in laicis omittatur species uini; qua ratione aquā in uinū audet Lutherus infundere? Neq; em̄ tam audacem puto, ut si ne aqua consecret, quā tamē ut admisceret, neq; exemplum habet ex cœna dominica, neq; ex apostoli traditione comperum, sed sola ecclesiæ cōsuetudine didicit, cui si putat hac in parte parendum, cur eam in altera tam arroganter oppugnat?

**Aquam nō in
fudit Christus
in cœna.**

Vides hic lector longe aliā Regis esse rationē q̄ Lutherus iā recensuit. Sic em̄ quoduis argumentū facillime diluet: si liceat aduersario quicquid opponitur, ad modū istū pro suo arbitrio mutilare. Rex non aliud molit̄, q̄ q̄ huius sacramenti dispositio relicta sit iudicio procerū ecclesiæ. Quā rem pluribus argumentis in unū collectis aperte docet. Nunq̄ em̄ (ut ait) uiri tanta sanctitate tantaq; eruditione simulq; miraculis conspicui, rem tā angustā ausi fuissent aliquo pacto mutare nec in ulla quidē circūstantia. Nunq̄ certe ueruisent post cōenā & cibos Eucharistiā sumi: nunq̄ præcepissent admiscendā aquā, nisi plane persuasissimū habuissent id omnino licere sibi: sed neq; laici tā unanimiter unq̄ consensissent, uel alterā speciē sibi, uel utraq; suis infantibus adimendā. At Lutherus ista seorsum & uillicatim aggredit̄. Et detractis cuiq; argumēto suis uiribus, iā ubi mutilatū est cōfodere studet: & sua, nō regis argumenta, iugulare conat̄. Nullū em̄ regis argumentū hanc particularū meminit, extra scripturā, & cōtra scripturā. Et tamen haud pudet Lutherū asserere regē ita fuisse argumentatū. Aliquid sit extra scripturā, ergo cōtra scripturā est sentiendū. Nusq̄ in toto libello suo rex ita est argumentatus. Sed neq; ad eū modū, quē Lutherus proxime subdit. Vinū miscetur aqua ex testimonio scripturæ. Ergo scriptura alterā partē statuens dānanda. Sic belua perfrictissimæ frontis nunq̄ nō mēditur. Neq; solū falsum est, q̄ ijs argumentis Rex fuisset usus, uerū etiā, quod Lutherus molit̄, tā in eo quod antecedit, q̄ in eo quod consequit̄ in hac posteriori collectione, falsissimū est. Molitur em̄ hoc Lutherus, q̄ in scripturis, ubi tradit̄ cōena dominica, statuat̄ utraq; species cunctis accipiendā: atq; ex eo pendet, quicquid multa loquacitate posteablaterat. Sed aduerte lector q̄ fraudulēter uulpes ista loquit̄. Scriptura (ingit) alterā partē statuens. Verū quidē est scripturā utraq; partem statuisse. At nō est uerū q̄ utraq; partem statuerit cūctis accipiendā, q̄ tñ his uerbis uideri uult Lutherus, imo neutram partē scriptura cunctis instituit. Quod si scriptura neutram partē cunctis accipiendā instituerit: quomodo cōtra scripturā erit: q̄ uel altera uel utraq; pars adimat̄: aut quomodo scripturas

Dispō eucharistiæ relinqt̄ sacerdotibus. Verba regis.

Episcopus

Lu. corūpit regis argumēta.

Scriptura nō statuit, sub utraq; sp̄e comunicandū

damnant, qui bonis & iustis causis moti, nunc alteram, nunc utramq; subtrahant partem?

Sed & rursus id quod in antecedenti Lutherus conatur, nēpe, q̄ extra scripturæ testimoniū aqua uino misceatur, nō est usquequaq; uerū. Nam licet id in scriptura cœnæ dominicæ nequaquā sit traditū, ex alijs tamen scripturis colligere licet. Neq; solū ex scripturis, uerum etiā ex reuelatione, simul & apostolica traditione, quemadmodū ex sententijs ueterū postea referemus, ut exploratissimū sit Lutherū frustra suum sensum opponere contra tot & tā solida testimonia. Perspicuum em̄ erit nō esse figmentū humanū, neq; significationē habere pestimā, ut Lutherus impie contendit. Sed nūc argumentationi regis finē imponamus, quā ille sic concludit. Quia de re, quicquid Lutherus obgannit, ego certe tutius opinor credere, laicos recte sub altera tantū specie cōmunicatos, q̄ per tot sæcula, totū clerū (quod iste disputat) hac una de causa fuisse dānatum. Nā omnes appellat impios, & tales ut in crimen læsæ maiestatis euangelicæ. Haftenus ipse rex.

Conclusio
regis

Laici recte cōmunicā sub una sp̄e tm̄

XXVI. Et sane longe tutius erit creditu laicos recte sub altera tantum specie coicatos, q̄ totū clerū hac una de causa fuisse dānatum:

Intentio
authoris cum certo constet ecclesiā (ut sæpe diximus) sancto sp̄i regi, iam igit̄ ad id quod sumus polliciti, reuertamur, ut ostendam⁹ uidelicet aquam uino recte miscendam esse.

Cyprianus primū, & ex scripturis, & ex dominica reuelatione se testat̄ id ipsum accepisse. Sed de reuelatione prius uideamus. Sic em̄ in eplā quadā ad Ceciliū, quā de miscenda aqua in calice scripsit, se fatetur a domino fuisse admonitū, ut ita faceret, hoc est ut aquā uino misceret. Nec hoc putes (inqt) frater charissime, nostra & humana mente conscribere, aut ultro nea uolūate hoc nobis audaciter assumere, quū mediocritatē nostrā semp humili & uerecunda moderatione teneam⁹. Sed qñ aliquid, deo inspirante & mandāte, præcipit̄, necesse est domino seruus fidelis obtēperet, excusatus apud omnes, q̄ nihil sibi arrogāter assumat, q̄ offensam, dñi timere cōpellit̄, nisi faciat quod iubet̄. Admonitos aut̄ nos scias, ut in calice offerendo dominica traditio seruet̄, neq; aliud fiat a nobis q̄ quod pro

nobis dominus prior fecit, ut calix qui in cōmemorationem eius offertur, mixtus uino offeratur. Hæc Cyprianus. Ecce lector, primū hic sanctissimus & doctissimus martyr a deo sibi inspirante & mandāte fuisse præceptū affirmat, ut calicem non aqua sola, nec uino solo, sed uino mixtū offeramus. Deinde de Christū asserit id ipsum in cena fecisse, quod & postea scripturis cōfirmat; & potissimū ex Solomone. Per Solomonem (inquit) spūs sanctus typū dñici sacrificij præmonstrat dicens Sapien,
Sapiētia ædificauit sibi domū & subdidit colūnas septē, mactauit suas hostias, miscuit in cratere uinū suū & parauit mensam suā. Et misit seruos cōuocās cū excelsa prædicatione ad craterem suū dicens. Venite & edite de meis panibus, & bibite uinū quod miscui uobis. Et subdit Cyprianus. Vinū mixtū declarat, id est calicē domini uino & aqua mixtū prophetica uoce denunciat. Hæc Cyprianus.

Christus miscuit uinum at
qua in cena.

Adde q̄ sanguini uitulorū & hircorū quo Moses uetus testamentū cōfirmavit, aqua admiscebat; quemadmodū & Paulus ad Hebræos testat. Lecto (inquit) omni mandato legis a Mo
se uniuerso populo, accipiens sanguinem uitulorum & hircorum cum aqua, ipsum librum & omnem populum respersit. At ille sanguis erat huius figura. Nam ut illo uetus, ita & isto nouum testamentum confirmabatur. Intelligis itaque lector Cyprianum non modo reuelatione, uerumetiam scriptura cōfirmasse, uino aquam admisceri debere. Lutherus tamen & scripturarum & mysteriorum impudentissimus temerator suum spiritū, & sensum sequens, contendit melius & tutius fore ut non misceat aqua uino: quū id (ut ait) sit mere figmentum humanum; & sinistram, imo pessimam habeat significationē. Sed vā prophetis, qui suum spiritum sequuntur. Et maxime
uā illi, qui suo sensui contra tot orthodoxorum patrum sententias non ueretur inniti. Neq; enim Cyprianus hoc solum asseruit, uerumetiam Hieronymus aperte subscribit, inquiēs, Dominici sanguinis uinum aqua esse miscendū, non solū traditione, sed ipso etiā genere mortis & passionis dominus
oster ostendit, ex cuius sacro latere sanguis & aqua lanceæ illi
sione effluxit. Hæc Hieronymus.

Hebr. 9.

Ezech. 13

Iohan. 19.

Ecce hic & præter apostolicã traditionẽ scripturã itẽ alteram Hieronym⁹ adducit, nẽpe de sanguine simul & aqua quẽ fluxerunt e latere Christi, quũ esset perfossum lancea.

Iohan. 12 Accedit huic Chrysofomus. Ad hæc (inquit) & arcanũ mysteriũ consummatũ est. Exiuit em̃ sanguis & aqua, nõ casu & simpliciter hi fontes scaturierunt, sed quoniã ex ambobus eccl̃esia constituta est. Sciunt hoc iniciati, per aquã em̃ regenerati, sanguine & carne nutriti sunt. Hinc mysteria ortum habent, ut quoties ad admirandũ calicẽ accedis tanq̃ ab ipso latere hauriens accedas. Hæc Chrysofomus.

Mat. 26 Astipulat his & Damascenus, affirmans in cœna Christũ in calicẽ uinũ aqua mixtũ habuisse. Similiter (inquit) accipiens calicẽ ex uino & aqua tradidit illis dicens. Bibite ex eo om̃es. Hæc Damascenus.

Consentit & Ambrosius dicens. Ante uerba Christi calix fuit uinũ & aquæ plenus, ubi uerba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur qui plæbem redemit. Hæc ille.

Iohan. 12 Accedit & his Augustinus illud euangelicũ explicãs. Et cõtinuo exiuit sanguis & aqua. Ille sanguis (inquit) in remissionẽ fusus est peccatorũ. Aqua illa, salutare tẽperat poculũ. Et rursum alibi. In eucharistia (inquit) non debet pura aqua offerri: ut quidã sobrietatis fallũt imagine; sed uinũ cũ aqua mixtũ.

Epylogus. Intelligis ex his lector aquã uino misceri debere: quũ ex reuelatione, quã Cyprianus accepisse se testat, tũ ex scripturis & patrũ testimonijs, quæ rẽ ipsam prorsus asseuerant. Iam ex eis dẽ ostendemus non omnino pessimã (ut Lutherus temere dicit) esse mixtionis huius significationem.

XXVII ¶ Cyprianus ipse primũ suã dicat sententiã. Aquas (inquit) Nõ est praua populos significare in Apocalypsi scriptura diuina declarat, mixtionis significatione Apoca. 17. dicens. Aquæ quas uidisti, super quas sedet meretrix illa populi, & turbæ, & gentes Ethnicorũ, & lingue. Quod scilicet perspicimus & in sacramento dominici calicis cõtineri. Nam quia nos omnes portabat. Christus, qui & peccata nostra portabat, uidemus in aqua populũ intelligi in uino ostendĩ sanguinem Christi. Quando aut̃ in calice uino aqua miscet, Christo populus adunat, & credentiũ plæbs ei in quẽ credidit, co-

pulat & iungit. Quæ copulatio & cōiunctio aquæ & uini sic misceat in calice dñi: ut cōmixtio illa non possit ab inuicē separari. Vnde ecclesiā, id est, plæbē in ecclesia constitutā fideliter & firmiter in eo quod credidit perseuerantē, nulla res separare poterit a Ch̄so q̄ minus hereat semp & maneat in diuina dilectione. Si aut̄ in sc̄tificādo calice dñi offerri aqua sola nō p̄t q̄o nec uinū solū p̄t. Nā si uinū tr̄n̄ q̄s offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis. Si uero aqua sit sola, plæbs incipit eē sine Christo. Quando aut̄ utrūq; misceat, & adunatione cōfusa sibi inuicē copulat, tunc sacramentū spiritale & cœleste perficitur. Hæc Cyprianus.

Concors huic est Hieronymus. Aduertim⁹ (inquit) in aquis figuras gentiū designat: dicente Iohāne in Apocalypsi. Aquæ quas uidisti populi multi sunt. In uino aut̄ sanguinē dñicæ passionis ostendi. Ac sic quū in huius sacramenti oblatione uino aqua misceat, eo ipso designat, q̄ Christo fidelis populus incorporat, iungitq; & quadā ei copula perfectæ charitatis unitur. Hæc Hieronymus.

Apoca. 17.

¶ Sed & alij mysticā huius mixtionis significantiā intelligunt ex redemptione populi quæ fiebat mediāte sanguine q̄ pro eis fundebat. Cuius sententiæ uideat & Ambrosius fuisse quū dixit prius in calice fuisse uinum cum aqua: postea sanguinem qui redemit plebem.

XXVIII.

Aquæ & uini
mixtio redēp
tionē humani
gn̄is significat.

Augustinus aquā uino misceri putat, ad significandū aquam quæ cū sanguine pariter effluxit de latere Ch̄ri. Deniq; Palschalius idē sensisse uideat, inquit. Cur in calice aqua misceatur, illa permaxime causa est, quia de latere Christi, ubi passio

Iohan. 19

Iohan. 19

completur, sanguis pariter & aqua manauit. Beda significationē duplicē eius rei tradit: alterā qua Cypriano, Hieronymoq; subscribit, nimirū istā. Verū quia & nos in Christo & in nobis Christū manere oportet, uino dominici calicis aqua misceat. Attestante em̄ Iohāne, aquæ populi sunt. Hæc una quidē significatio est. Postea uero subiungit alterā. Et uel Christū (inquit) sine nostræ redēptionis amore pati potuisse, uel nos sine illius passionis saluari, ac patri offerri posse, cō-

Mixtio calicis

Primum

Apoca. 17

Secundum

Contra captiuitatem Baby. Cap. III

plæbē, uinū autem sanguinem in passione fufum referat: ut intelligamus nos abfcp Chri passione minime redimi potuiffe

Lut. ortho-
doxis reluctatur

Cæterū tanta eft Lutheri temeritas ut nihil uereatur contra tot patrum ſententias pro prium ſenſum opponere.

Et meo (inquit) ſenſu melius & tutius foret aquam non miſce-
ri uino: quum ſit mere figmentum humanum, & ſiniſtrā, imo
peſſimam habeat ſignificationem, non enim ſignificat noſtrā
in Chriſto incorporationem: quum ſimile ſignum non habeat
at ſcriptura. Hæc Lutherus, qui certus eſt ſua dogmata ſe ha-
bere de cælo: quum tamen & hic plane mentiatur. Nam &
in ſacrificijs, in quibus uinum offerabatur, idem aqua mixtum
fuerat. Quod & Hieronymus in quæſtionibus Hebraicis du-
xit annotandum. Notandum (inquit) q̄ uinum quod deo in
ſacrificium offerebatur aqua mixtum erat. Quod ſi in ſacrifi-
cijs quæ offerebantur deo, uinum erat aqua mixtum: ea mix-
tio non potuit non myſticam aliquā habere ſignificationem:
quæ nec erat (ut Lutherus affirmat) omnino peſſima. Sed quæ
ſemel in ſcripturis in malam partem uſurpatur hæc mixtio:
id Lutheri ſcilicet eſt ſatis, ut colligat ita ſemper & ubiq; fieri
oportere, quaſi non ſint eiufmodi plæraq; quæ nunc ob u-
nam rationem in malam partem, nunc ob aliam in bonā par-
tem accipi ſoleant. Ex his itaq; patet aquam debere uino in
calice miſceri, tam ex ſcripturis q̄ ex reuelatione ſimul & pa-
trum testimonijs: neq; mixtionem illam peſſimam habere ſig-
nificationem. Sed hic forte quiſpiam dicet, me iam ſubruiſ-
ſe rationem regiam, quæ propterea collegit licere non nihil
aliter in hoc ſacramento mutare, q̄ Chriſtus ipſum tradiderit
q̄ nos aquam calici miſcemus, aliter q̄ feciſſet Chriſtus. Reſ-
pondeo q̄ aduerſus Lutherum ratio regis adhuc omnino ua-
lida eſt, quippe q̄ Lutherus neget aquam oportere miſceri,
eo q̄ in ſcripturis, quæ ad cœnā dominicā ſpectāt, nulla pro-
fus aquæ fit mentio. Idem igitur eſt Lutheri, non illic eſſe, &
non debere fieri. Id quod Rex omnino conuulſit. Et nos an-
tea nec ſemel oſtendimus multa per apoſtolos eccleſiæ fuiſſe
tradita quæ nuſq; in ſcripturis inueniuntur. Sed hæcenus ad-
uerſus primā Lutheri captiuitatem.

Epylogus

Antipophora